

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus

### Caput 25: De visitatione familiaritatis mulierum (12)

Idem (Ieronimus):

Omnes puellas et virgines Christi aut equaliter ignora aut equaliter dilige.  
Vide ne sub eodem tecto manseris cum eis ne in preterita castitate confundaris,  
quia nec Samsone es fortior, nec Salomone sapientior, nec David es sanctior.

Periculose tibi ministrat cuius vultum aspicias.

Si forte dicas: Emortuum est cor meum dico, quod dyabolus vivit, cuius alitus prunas facit.

omnes puellas et uirgines Christi aut aequaliter ignora aut aequaliter dilige.  
ne sub eodem tecto manseris; ne in praeterita castitate confidas.  
nec Daud sanctior nec Salomone potes esse sapientior;  
memento semper, quod paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit.  
aegrotanti tibi sanctus quilibet frater adsistat  
et germana uel mater aut probatae quaelibet apud omnes fidei.  
quodsi huiusce modi non fuerint consanguinitatis castimoniaeque personae,  
multas anus nutrit ecclesia, quae et officium praebeant et beneficium accipiant ministrando,  
ut infirmitas quoque tua fructum habeat elemosynae.  
scio quosdam conualuisse corpore et animo aegrotare coepisse.  
periculose tibi ministrat, cuius uultum frequenter adtendis.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 52.4-5 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.423, ll.4-16).

[fons nondum repertus]